

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum eius prædestinatio sit exemplar nostræ prædestinationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

secundum collige hinc ex Auctore illa distinctionem de secundum, quod seu in quantum vel reduplicans vel specificatiue. Prima enim membrum licet exponit reduplicatiue, denotando causam, et secundum autem specificatiue, determinando conditionem, qua subiectum recipi predictum. Et hoc mode, scilicet specificatiue tenetur, cum dicitur, Christus secundum quod homo, est predestinatus. filius Dei, sicut cum dicitur, Sortes, secundum, quod habet capillos, est Christus,

¶ Super 22. articulū tertium.

In cor. ar.

Tunc clarus est.

In corpore unica est distinctio bi membris, & dura conclusione respondentes singulis distinctionis membris. Distinctio est. Predestinatione duplicitur, vel ex parte actus, vel ex parte termini. Prima conclusio est. Predestinatione Christi ex parte actionis non est exemplar nostra. Probatur: quia ex parte actionis uno actu & modo aeterno Dei Christum & nos predestinavit, in actu singulari dem diuino & modo ex parte Dei, nula est differentia, cum sint omnia unameris ipsa felicitas dei.

In cor. ar. 3. d. i. 7. q. 3. ar. t. i. & ar. 2. a. q. 2. c. 1. 5. a. med. 3. 10. 7.

Secunda conclusio est. predestinatione Christi est nostra exemplar ex parte termini, quod ad duo, hoc est quod ad bonum terminans, & quo ad modum consequendi illud bonum. Probatur primum, quia Christus ad filiationem naturali, nos ad adoptionem. Probatur secundum, quia Christus per gratiam excludentem omnem meritum, nos per gratiam, in dividens meritum Christi, quia de plenitudine eius omne accepimus.

Memento nouit, quod Christus dicitur predestinatus ne-

nā naturae. Et ideo dicendum est, quod Christus secundum quod homo, est predestinatus esse filius Dei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cum dicitur, Christus secundum quod homo, est predestinatus, hanc determinationem, secundum, quod homo, potest referri ad alium significatum per participantem duplicitum. Vno modo ex parte eius, quod materialiter cadit sub predestinatione, & hoc modo est falsa: est enim sensus, quod predestinatum sit, ut Christus, secundum quod homo, sit filius Dei, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo, potest referri ad ipsam propriam rationem actus, prout scilicet predestinatione impositatio in ratione antecedentem & effectum gratui tum, & hoc modo conuenit Christo ratione humanae naturae, ut dictum est. *Et secundum hoc dicitur predestinatus, secundum quod homo.

AD SECUNDUM Dicendum, quod aliquid potest conuenire alicui homini ratione humanae nature dupliciter. Vno modo sic, quod humana natura sit causa illius, sicut esserisibile conuenit Sortitione humanae naturae, ex cuius principiis causatur. Et hoc modo predestinari non conuenit, nec Christo, nec alteri homini ratione humanae naturae, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo, dicitur conuenire aliquid alicui ratione humanae naturae, cuius humana natura est suscepit: & sic dicimus Christum esse predestinatum ratione humanae naturae, quia predestinatione resertur ad exaltationem humanae naturae in ipso, ut dictum est. *

AD TERTIUM Dicendum, quod sicut August. dicit in libro de Predest. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a Deo, verbo susceptio singularis, ut filius hominis simili propter. Suscepit homo, & filius Dei propter sufficiemtum unigeniti Deum, ueraciter & proprio diceretur.

Et ideo, quia illa susceptio sub predestinatione cadit, tamquam gratitudo, utrumque potest dici, scilicet quod est filius Dei predestinatus sit esse homo, & filius hominis predestinatus sit esse filius Dei. Quia tamē gratia non est facta filio Dei ut esset homo, sed potius humanae naturae, ut filio Dei uniretur, magis proprie potest dici, quod Christus, secundum quod homo, est predestinatus esse filius Dei, quam quod Christus secundū

quod filius Dei, sit predestinatus esse homo.

ARTICULUS III.

Vtrum predestinatione Christi sit nostrae predestinationis exemplar.

AD TERTIUM sic proceditur.

Videtur quod predestinatione Christi non sit exemplar nostra predestinationis, exemplar enim praexistit exemplato: nihil autem praexistit aeterno. Cum igitur predestinatione nostra sit eterna, uidetur quod predestinatione Christi non sit exemplar nostra predestinationis.

T2 Prat. Exemplar dicit in cognitionem exemplato: sed non oportuit, quod Deus duceretur in cognitionem nostrae predestinationis ex aliquo alio, cum dicitur R. 8. Quos praescivit, hos predestinavit. ergo predestinatione Christi non est exemplar nostra predestinationis.

T3 Praterea. Exemplar est conforme exemplato: sed alterius rationis uidetur esse predestinatione Christi, quam predestinatione nostra: quia nos predestinamus in filios adoptionis, Christus autem est predestinatus filius Dei in uirtute, ut dicitur R. 1. ergo iesus predestinatione non est exemplar nostra predestinationis.

HED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Predestinatione San. *Est praeclarissimum lumen predestinationis & gratiae ipse salvator, ipse mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Dicitur autem lumen predestinationis, & gratiae, inquantum per eius predestinationem & gratiam manifestatur nostra predestinatione, quod uideretur ad rationem exemplaris pertinere. ergo predestinatione Christi est exemplar predestinationis.

RESPON. Dicendum, quod predestinatione dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum ipsum actum predestinantis, & sic predestinatione Christi non potest dici exemplar nostra predestinationis: uno enim modo, & eodem actu aeterno predestinavit Deus nos & Christum. Alio modo, potest predestinatione considerari secundum illud, ad quod aliquis predestinatur, quod est predestinationis terminus & effectus. Et secundum hoc, predestinatione Christi est exemplar nostra predestinationis, & hoc dupliciter. Primo quidem, quantum ad bonum, ad quod predestinatur ipse enim est predestinatus ad hoc, quod esset filius naturalis: nos autem predestinamus ad filiationem adoptionis, quae est quaedam participata similitudo filiationis naturalis. Vnde dicitur Rom. 8. Quos praescivit, hos predestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Alio modo, quantum ad modum consequendi istud bonum, quod est per gratiam, quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nullis suis precedentibus meritis est unita filio Dei. Et de plenitudine gratiae eius nos omnes acceperimus, ut dicitur Ioan. 3. *

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa ratio procedit ex parte illius actus predestinantis.

Et similiter dicendum ad Secundum.

AD TERTIUM dicendum, quod non est necessarium, quod exemplari, quantum ad omnia coformetur, sed sufficit quod exemplatum aliqualiter immitetur suum exemplar.

ARTI-